



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus, Et De Sacramentis**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1655**

Appendix de usurpantibus Bona Ecclesiastica.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41699**

homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum intentiosum) dispensare, & in quibuscumque casibus occultis, etiã Apostolicæ Sedi reservatis, delinquentes quoscumque subditos, in Diocesi sua, per seipsum, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientie gratis absolvere, Idem & in hæresis crimine, in eodem foro conscientie, eis tantum, & non eorum vicariis sit permissum.

Incurrunt ergo hunc casum illi qui incidunt in peccata Sedi Apostolicæ reservata, si sint occulta; ut ferè sunt Symoniæ, Ecclesiarum effractiones, & earundem spoliationes, falsificationes litterarum Apostolicarum, & similia; quia talia jurisdictioni Episcoporum, & deputatorum ad hoc specialiter per ipsos, permittuntur per Conc. Tri. supra.

## APPENDIX.

*De usurpantibus bona Ecclesiastica.*

Inter casus reservatos etiam annumerari potest is; quem habet Synodus nostra Leodiensis tit. 4. c. 10. his verbis: Pastores singulis diebus Dominici excommunicatos denuntient eos qui

*usurpant jurisdictionem Ecclesiasticam,*  
*aut convertunt in proprios usus, decimas,*  
*bona, census, aut jura Ecclesiarum, bene-*  
*ficiarum, aut officiorum Ecclesiasticorum*  
*piorumve locorum, & qui impediunt ne*  
*ab iis, ad quos pertinent, percipiantur;*  
*nec non eos qui impediunt visitationem*  
*Ecclesiarum, piorumque locorum, & ci-*  
*tationes, mandata, aut sententias Iudi-*  
*cium Ecclesiasticorum executioni manda-*  
*ri: prout omnes & singulos predictos ex-*  
*communicamus, & excommunicatos de-*  
*claramus. Quæ omnia conformia sunt*  
*illis, quæ habet Trident. sess. 25. cap. 12.*  
*& sess. 22. cap. 11. Ex quibus capitulis*  
*hæc verba desumpta sunt. Vide Tex-*  
*tum ibi. Conformia etiam sunt hæc*  
*illis quæ habet Bulla Cænæ in excom-*  
*municatione 17. quæ fertur contra u-*  
*surpantes jurisdictionem aut fructus ad*  
*personas Ecclesiasticas ratione Eccle-*  
*siarum, Monasteriorum, & aliorum*  
*beneficiarum Ecclesiasticorum perti-*  
*nentes, vel eos quavis occasione vel*  
*causâ sine Romani Pontificis, vel alio-*  
*rum ad id legitimam facultatem ha-*  
*ben-*

benentium expressâ licentiâ sequestrantes. Idem Decretum pro bonis Eccles. habet *Namurcensis Synodus, tit. II. c. II.*

*Quaestio verò quotidiana est inter Pastores, an vi hujus decreti excommunicationem incurrant, qui furantur decimas, aut alia bona Ecclesiastica clam surripiunt?* Resp. negativè, quia talis Censura videtur lata contra eos, qui proventus Ecclesiasticos quasi ad se pertinerent, usurpant, & non tamquam bona aliena rapiunt. Insinuat hoc vox, *usurpare*; tunc enim dicitur aliquis usurpare proventus, quando veluti potestate dominandi, & quasi proprio jure utens illos occupat. Ita interpretantur *Cajet. Navar. Suarez.* & plerique recentiores Theologi, *Bullam Cana* explicantes. Atque etiam de illis agere *Trident. sess. 22. c. II.* Ex ejus verbis benè ponderatis invenietur. Cùm ergo hæc verba decreti synodalis ex illo capite sint desumpta, non aliud videntur intendere, quàm quod in *Trident.* est expressum. Unde nisi aliundè constet tales fures concurrere excommu-  
nica-

nica-

nicationem, ex vi hujus decreti non  
 liquet Antiquitus audio solitos fuisse  
 aliquos Pastores, falsos decimatores  
 & decimatrices diebus dominicis ex-  
 communicare, sed ex vi hujus decreti  
 non mihi constat. Sicut id quod ha-  
 betur in Parochiali fol. 106. de Eucha-  
 ristia Sacramento, non video quo  
 fundamento pronuntietur, aut pro-  
 nunciari curetur. Ibi enim in exhor-  
 tatione Paschatis sic habet. *S'yly à icy  
 aucuns qui soient interdits ou excommu-  
 niez, tels que sont tous heretiques, symo-  
 niques. larrons, larronesses, usuriers,  
 sorciers, concubinaires, concubines, for-  
 nicateurs, adulteres publiques & nota-  
 res, je leur enionēt de se retirer d'icy.* Ubi  
 videtur insinuari omnes fures, fornicat-  
 tores, concubinarios, adulteros, esse  
 excommunicatos, de quorum tamen  
 singulis non constat. Aut certè satis im-  
 propriè hoc positum fuerit, si solum  
 velit his verbis insinuari, talibus pec-  
 catoribus interdicta esse Eucharistia,  
 sive excommunicati sint, sive non, nisi  
 satisfecerint per pœnitentiam, aut e-  
 tiam

nam scandalum repararint, maxime si sint notorii, & ita ante id habentur quasi excommunicati, & quasi interdicti, hoc est, à Divinis arcendi.

2. *Quaestio esse potest: An haeredes usurpantium bona, redditus, proventus, aut decimas Ecclesiarum, cum sciant, vel scire debeant se detinere res praedictas usurpatas contra Ecclesiasticas personas comprehendantur excommunicatione supra dicta?* Resp. affirmative. Ratio est, quia ex eo quod semel fuerunt usurpatæ, transeunt cum eodem vitio ad quoscumque alios; parum autem refert esse primos, vel secundos usurpatores. Confirmatur ex *cap. indigni. 12. q. 2.* in quo æquiparantur usurpatores rerum Ecclesiasticarum, & detentores illarum ab aliis usurpatarum, & ex *Clem. 1. de Decim.* in qua excommunicantur non solum usurpatores decimarum, sed etiam qui detinent easdem usurpatas ab aliis, ut docent Doctores ibid.

#### INCENDIARIUS.

IN multis Dioccesibus reservatur crimen istud. Unde in Namurcensi, & aliis,

aliis,